

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum XLIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

## ORACULUM SACRUM XLIV.

i. Job. II. 15. &amp; 17.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Μὴ ἀγαπᾶτε τὸν κόσμον μηδὲ τὰ ἐν τῷ  
κόσμῳ. Ἐὰν τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, ἐκ ἐστὶ  
ἡ ἀγάπη τῆ πατρὸς ἐν αὐτῷ. Ὅτι πᾶν τὸ ἐν τῷ  
κόσμῳ ἡ ὀφθαλμῶν, καὶ ἡ ἀλαζονεία τῶ βίβ ἐκ ἐστὶ  
ἐκ τῆ πατρὸς ἀλλ' ἐκ τῆ κόσμου ἵπ: καὶ ὁ  
κόσμος παρέργετο, καὶ ἡ ὀφθαλμῶ αὐτῆ ὁ  
ἵπ ποιῶν τ' ἱσλημα τῆ ἱσῆ μένει εἰς τὴν αἰῶνα.

*Versio Vulgata.*

Nolite diligere mundum, neque ea,  
quæ in mndo sunt. Si quis diligit mun-  
dum, non est charitas patris in eo. Quo-  
niam omne quod est in mundo concupi-  
scentia carnis est & concupiscentia ocu-  
lorum, & superbia vitæ, quæ non est ex pa-  
tre, sed ex mundo est. Et mundus tran-  
sit & concupiscentia ejus. Qui autem fa-  
cit voluntatem DEI manet in æternum.

*Versio B. LUTHERI.*

Habet nicht lieb die Welt/ noch  
was

was in der Welt ist. So jemand die Welt lieb hat/ in dem ist nicht die Liebe des Vaters. Denn alles was in der Welt ist/ nemlich des Fleisches Lust/ und hoffärtiges Leben ist nicht vom Vater/ sondern von der Welt. Und die Welt vergehet mit ihrer Lust/ wer aber den Willen Gottes thut/ der bleibet in Ewigkeit.

N O T A E.

1. Concupiscentia carnis & concupiscentia oculorum & fastus vita non sunt ex patre! E-  
 DEUS non est causa peccati. *Contra Calvinianos,*  
 quorum opinione ramentum heic recte discedit,  
 alius non semper rectus, *Johannes Piscator in h. l.*

2. Vocabulum Mundi v. 15. bis legitur.  
 Priori loco *συνεβασμότης* potest accipi, ut  
 Galat. VI, 14. & c. posteriori *συνεβασμότης* pro  
 continente potest intelligi.

3. Concupiscentia h. l. intelligitur actualis,  
 non exclusâ originali. Vocabulum Carnis  
 appositum non solum appetitus sensitivi *ατα-*  
*ξίας*, sed omnium *δυνάμεων* corruptionem cir-  
 ca voluptates notat. Vide Rom. VIII, 7. Gal. V,  
 17. Col. II, 18. & hæc nota *contra Scholasticos &*  
*Pontificios.*

B b

4 Fa

4. Facere voluntatem Dei heic est in Christo credere, ipso Salvatore docente Joh. VI, 40. Vide loca parallela Matth. VII, 21. Matth. XIX, 17. Et hæc nota contra Pontificios qui ex his locis, quibus addunt Jac. I, 21. bonorum operum necessitatem ad salutem adstruere conantur. Vid. Bellarm. lib. 4. de Justif. c. 7. p. 337.

## SUFFRAGIUM PATRUM,

*Quod non caduca sed æterna sine querenda  
& expetenda.*

Qui verè Christianus est non ista temporalia perere debet, sed totum pondus orationis & intentionis suæ ad expetendam æternam beatitudinem debet impendere, Ita monet Augustinus de Verbis Domini.

Quid igitur vis? utrum amare temporalia & transire cum tempore? an Christum amare & in æternum vivere, *Idem.*

Sic teneamus ea, quæ sunt hujus mundi, ut tamen per ea non teneamur. Sit res temporalis in usu, æterna in desiderio. Sit res temporalis in itinere, æterna desideretur in perventione, Greg. part. 3. Curæ Pastoral. admonit. 28.

Tu quum oras, magna ora, i. e. ea ora, quæ æterna sunt, non caduca. Ora quæ divina sunt

untatq; caelestia. Noli orare pro pecunia,  
quia arugo est, noli pro auro, quia metallum  
est: noli pro possessione, quia terra est. Non  
audit DEUS nisi quod dignum suis ducit esse  
beneficiis, *Ambros. serm. 19. in Ps. 118. T. 4. p. 559. A*

Qui in aeternum manere volumus DEI,  
qui aeternus est voluntatem facere debemus, *Cy-  
rianus in serm. de Orat. Domini.*

Wie ist die Welt so blind/ daß sie allein bes  
gehret

Was plötzlich fährt dahin/ und wenig  
Stunden wäre;

Ich suche nur allein das grosse Him-  
mels-Guth

Das bleibet ewiglich/ und machet  
rechten Muth.

Ex versu 25.

Non meritis nostris caelestia regna parantur,  
Namq; à caelesti patre parata piis.

ORACULUM SACRUM XLV.

2. Tim. I. 9.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ὁ θεὸς ἐσωσεν ἡμᾶς καὶ ἐκάλεσεν κληθεῖς ἁγία  
ββ 2